

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis  
Extrema Unctionis, & Ordinis

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1672**

Concl. VIII. Ordines conferri, & suscipi debent, servatis certis temporum  
interstitiis ac intervallis ab uno ad alium Ordinem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

quo hic disputamus, ergo quoad hoc non revocat privilegia Regularium.

Deinde in pluribus alii locis, quando Concil. voluit revocare privilegia in contrarium, id fecit per illam, aut aequivalentem particulariam; Non obstantibus privilegiis &c. Cum ergo hoc in praesenti loco non fecerit, signum manifestissimum est, non voluisse derogare privilegiis Mendicantium.

Porro quod addit Miranda: Maximè cum in eodem Conc. sess. 25. cap. 22. &c. parvi est momenti. Imprimis Concil. non dicit: Hec omnia & singula in superioribus sessionibus contenta; sed, In superioribus decretis contenta. Et vero cur non dixisset, Sessionibus, si illa fuit eius mens, quam ille Auctor praetendit? Igitur per illa decreta, intellexit de cunctis decretis sessionis 25. de Reg.

246. Quod sic ulterius ostendo ex verbis ejusdem

cap. que lubet partim fusius excipere: Et quia sancta Synodus desiderat, ut omnia & singula supra dicta quam primum executioni demandentur, precipit omnibus Episcopis in monasteriis sibi subiectis, & in omnibus aliis, ipsi in superioribus decretis specialiter commisit, atque omnibus Abbatibus & Generalibus & aliis superioribus Ordinum superiidorum, ut statim predicta exequantur, & si quid executioni mandatum non sit, Episcoporum negligentiam Concilia Provincialia suppleant & vicerant. Regularium vero Capitula Provincialia & Generalia, & in defectum Capitalorum Generalium, Concilia Provincialia per delegationem aliquorum eiusdem Ordinis praedictarum. Hortatur etiam sancta Synodus omnes Reges, Principes, Reipubl. & Magistratus, & in virtute sanctae Obedientie precipit, ut velim predictis Episcopis, Abbatibus, ac Generalibus, & ceteris Praefectis in superioribus contenta reformationis executione suum auxilium & autoritatem interponere, quibus fuerint requisiti, ut fini illa impedimenta premissa redde exequantur ad laudem Dei omnipotentis.

Quis non clarè videt, Concilium ibi tantum agere de executione reformationis contenta in illa sess. 25. que specialiter inscribitur de Regularibus & Monialibus? Vel ad summum (quod tamen non potu) de illis decretis alias sessionem, que specialiter concernunt reformationem Regularium, quale non est decretum de suscipiendo aut conferendo Ordinibus tempore à jure statuto, quod non alloquitur Regulares, sed Episcopos; nec solos Regulares, sed generaliter omnes concernit.

Sed audiamus Prepositum q. unicâ de hâc Sacramento n. 156. ubi tractans casum propositum, sic ait: Probabilius est, quod uti possint suo privilegio, & quod generalis illa derogatio sit applicanda locis Concilii, in quibus derogatur privilegiis Religiosorum, non verò se extenderat ad omnia de cunctis, que etiam siue derrogatione privilegiorum sunt edita: hoc sensu sancta Synodus vult omnia supradicta de cunctis

servari, etiam cum derogatione privilegiorum, quando ea in aliquo decreto est apposita; quasi illa generalis derogatio sit apposita ad maiorem inculcationem particularium, non verò respiciat ea de cunctis, in quibus non fuit derogatum privilegiis. Hæc ille.

Alioquin si Patres voluerent in uno particulari capitulo revocare omnia privilegia Regularium, que sunt contra omnia de cunctis Conciliis, id fecissent in ultimo capitulo sess. 25. de refor. cum ea sit ultima sessio & in ea aliqua concerniente Regulares definitior c. 4. & 13.

Non video itaque, quo pacto Miranda sententiam Rodriguez supra, Portel supra, Villa lobos 1.p. Sum. tract. 11. diffic. 13. n. 6. Hier. Rodrig. in Compend. qq. Reg. resol. 106. n. 7. & Aliorum tam Antiquorum, quam Recentiorum, audeat vocare improbabilem.

Nec obstat; quod supra Miranda pro quarto 248. testimonio fortissimo adducit, scilicet, Gre Objectio. gor. 13. Sixt. 5. Clement. 8. & Paulum 5. privilegia Regularium confirmasse cum illa clausula: Dum tamen non sint contraria de cunctis Conciliis Trident. aliisq. Constitutionibus Apostolicis.

Non obstat; inquam; quia sententia illa non solvit inquit; indiget privilegiorum confirmationibus; nam sufficiunt ipsi privilegia primis concessa, quæ nunquam vel per Tridentinum, vel per aliam Constitutionem Apostolicam revocata fuerunt; ideoque eis non sunt contraria, sicut species non est contraria generi, licet scriptum sit c. 34. Reg. juris in 6. Generi per speciem derogatur. in 6.

Ex quo sequitur; quod etiam verò confirmata sint, ut patet; quia non sunt contraria de cunctis Conciliis Trident. aliisque Constitutionibus Apostolicis. Ne igitur timeant Episcopi, ubi non est timendum, id est, ne timeant Mendicantibus conferre Ordines extra tempora à iure statute.

Sed nunquid etiam omnes uno dic, aut tribus diebus contiuit? Attende quod sequitur!

### CONCLVSIQ. VIII.

Ordines conferri, & suscipi debent, servatis certis temporum interstitiis ac intervallis ab uno ad alium Ordinem.

I Ta de minoribus Ordinibus statuit Trident. 249. sess. 23. de refor. cap. 11. in principio: Mi- probatur. nores Ordines . . . . per temporum interstitia, nisi . . . . Ordinibus aliud Episcopo magis expedire videbatur, conferantur & ex TUD. Rationem adjungit: Vt enim acutius, quantum sit huius disciplina pondus possint edoceri, ac in unicolor que munere, tuxit prescriptum Episcopi, se exercant, idque in eo, cui adscripti erunt, Ecclesiæ; nisi forte ex causa studiorum absint; atque ita de gradu in gradus

gradum adscendant, ut in eis cum etate, vita meritorum & doctrina maior accrescat. Quod & honorum mortis exemplum, & absurdum in Ecclesia ministrorum, atque maior erga Presbyteros & superiores Ordines reverentia & crebrior, quam antea, Corporis Christi Communio maxima comprobabit.

250.  
Quod interstium requirat minores Ordines.

Sorbus.

Sorbus.  
Armillæ.

Judicium Auctoris.

251.  
Quod interstium requiratur inter ultimum minorem Ordinem, & Subdiaconatum.

252.  
Quando Ecclesia censetur hie habere necessitatem, ex

Circa quod statutum queritur primò; quod intervallum seu interstium inter unum & alterum ex minoribus Ordinibus intervenire debet. Putant quidam, illud sufficere, quod interveniat inter unam & aliam Ordinationem generalē. Alii verò existimant, sufficere illud, quod datur de uno die Dominicō aut festo ad alium proximum. Ita Sorbus in Comp. Privil. Mend. verb. Ordines sacri, ibi: Et sic bene concludi posse arbitror, quod cùm talis prohibitiō non conferendi eodem die duos sacros Ordines eidem personę, sit tantum specificē facta in Ordinibus majoribus, & non in minoribus: minores iti possent omnes simul eodem die dari, quando Episcopus vel Abbas expedire iudicaverit, cùm non sit contra Concilium, & sit iuxta Canones, ut tener Glossa in cap. De eo. de Temp. Ordinat. & Navar. & Armil. ubi suprà. Vel saltem, ubi dari simul non fuerit consuetudo, possent singuli dari Dominicis diebus aliisque festis, ut in præfato cap. De eo. & Ang. in Sum. tit. Ord 4. prout vidi à multis Episcopis practicari. Hec ille.

Sanè si consideremus rationem seu finem constitutionis Tridentini, prima sententia videtur amplectenda; interim quia totum relinquitur iudicio Episcopi, & consuetudo, in his saltem partibus, ministrat regulariter omnes minores Ordines simul eodem die, hinc non immoror huic quæstiōni; quia sicut sine ullo interstio, si ita Episcopus judicet magis expedire, possunt ministrari; ita etiam cum solo interstio, quod requirit secunda sententia.

Major difficultas est de interstio, necessario inter ultimum minorem Ordinem, & primum Ordinem majorem, id est, Subdiaconatum, de quo sic loquitur Trident. suprà in fine c. Hi verò non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum Ordinum ad sacros Ordines promoveantur, nisi necessitas aut Ecclesiæ utilitas iudicio Episcopi aliud expofcat.

Et licet etiam hic potestas dispensandi concedatur Episcopo, non tamen nisi propter necessitatem, aut Ecclesiæ utilitatem, cùm prior dispensatio fieri possit ex quacumque causa, cùm simpliciter id relinquatur iudicio Episcopi, non expressā ullā causā; impræsentiarum autem exprimitur necessitas, vel utilitas Ecclesiæ, disjunctivè tamen, id est, una vel altera, non necessariò utraque simul.

Porro secundum Antoninum 3. part. tit. 14. de Temp. & loc. Ord. §. 18. quem sequitur Sorbus suprà, tunc Ecclesia dicitur necessitatem habere, quando alios non habet, Ordines suscipientes, ac ministrorum necessitatem ha-

bet, qui Capellis & beneficiis satisfacti. Etenim erit utilitas, quando licet ipsa alios habent ministros idoneos, alii tamē plusibus indigent melius serviantur.

Et verò ex verbis Trident. supra allegatis liquet, hanc necessitatem relata esse potestio Episcopi. Queris cuius Episcopi? Reipublicæ? Dieceſanij eius, qui ordinans est, non autem Ordinatoris, qui cum literis dimissis subditos alienos ordinat; nisi hoc ei in eis literis expresse concedatur. Ita Miranda legi art. 7. conclus. 2. & Alii apud Barb. in Collat. sess. 23. c. 13. n. 7.

Colligitur autem ex eodem cap. Trident. ibi: Ac in unguiculæ morte, iuxta p[ro]p[ri]e Episcopi, se exercant. Ubi procul dubio intelligitur Episcopus dieceſanij ordinandi ordinatus. Item ex cap. 16. ead. ibi: Nihil illud ordinari, qui iudicio sui Episcopi non fit utilis, aut in Ecclesia necessarius. Ubi nota ly. 8. quod idem dicit respectum ad ordinandum. H[ab]it[us] est; quia nullus melius novit necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ, in qua talis ordinandus, bet residere.

Caterum sub Episcopo h[ab]it[us] inibi, etiam Abbatem, quando per seipsum subditos ordinat; cùm in ipsis habeat suorum Episcopalem vel quasi Episcopalem, & bis. gul. 42. de Reg. Juris in 6. dicat: Asylum habuitam sequi congruit principali. Si ergo potest ex privilegio Pontificis suos subditos ordinare, quod est principale; quidam etiam competat dispensans in interstitio? Et quoniam lūs potest scire necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ, ubi talis ordinandus debet residere, quād Abbas?

Sed dices (inquit Miranda supra codic. 16) quid juris, si non per se Abbas subditos ordinaverit, cùm possit; sed alioquin eos ad ordinandum, quia infirmus habuerit patrum; cui competet interstitiorum dispensatio?

Hujus difficultatis resolutio adhuc latet. dice est, & quia de ea scriptum nihil reporti, quod plenè ac usquequaque satisfaciat, haec in modo judicem agere. Quidam dicunt; quod competit Episcopo ordinatori, iuxta supradicta; Alii verò, quod præfato Abbat; licet collibet, nre quod voluerit, aut consuluntur illustrissimi Card. Congr. S. Concili. Hec illle.

Verum enim verò juxta supradicta haec dispensatio non competit Episcopo ordinatori, quando Episcopus suos subditos dimittit ad alium; cur ergo juxta suprà dicta competit Episcopo ordinatori, quando Abbas suos subditos dimittit ad alium, quos ipmet potest ordinare? Non video ullam rationem disparitatis, & ideo ego dico; non facere collibet, nre, quod voluerit; sed dispensationem talis casu competere Abbati; non autem Episcopo ordinatori, ad quem subditi dimittuntur; supradicta;

posito, quod competit Episcopo dimittenti, & non Episcopo ordinatori.

255. Sed nunc quid eadem ratio Praelati Regularis, qui non est abbas, nec per privilegium Pontificium potest conferre Ordines? Pro parte affirmativa videtur facere, Primo; quod nullus melius possit sente & judicare de necessitate vel utilitate suarum Ecclesiarum. Secundo; quod Praelatus Regularis etiam habeat potestatem Episcopalem aut quasi Episcopalem in suis subditis, & sapere veniat nomine Episcopi, & Ordinarii in iis, quae sunt jurisdictionis, prout est haec dispensatio.

Tertio; quod Praelatus Regularis concedat literas dimissorias suis subditis, jam autem ejusdem videtur esse, & non Episcopi, ad quem aliquis dimittitur, dispensare in interstitiis.

Pro quo Suarez tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 12. n. 22. adducit hanc Declarationem Card. ad dict. less. 23. c. 11. verb. Iudicio Episcopi. Non potest Episcopus, ad quem dimisso est ordinandus, hoc iudicium facere. Et alia ad c. 13. verb. Super animum saltem, sic habet: Ob eminentiam doctrinae & bonum testimonium, & de consensu Ordinarii summus Ponitex concedit, ut breviori tempore &c. Constat autem Praelatum Regularem esse Ordinarium suorum Religiosorum.

Ex ideo probabile putat hic Auctor; Praelatum Regularium non solum ex privilegio, sed etiam de jure communi, seu vi Conc. Tridentini posse dispensare in interstitiis. Quam sententiam amplectitur Sanchez de Ord. cap. 1. dub. 54. n. 8. dicens: Praelati Regulares possunt dispensare cum Regularibus exemplis sibi subditis in his interstitiis; & nullo modo id possunt Episcopi. Probat; quia Episcopi tantum possunt dispensare cum suis subditis; at Regularis exempti non sunt magis subditi Episcopi, quam secularis extraneus, cum quo est certum, non posse dispensare.

Sed haec probatio parvi est momenti; nam scutis Regularis exempti, sunt subditi Episcopo, quod Ordines accipiendo, per dimissorias suorum Praetatorum, ita etiam possunt fieri subditi respectu predictae dispensationis. Unde etiam certum est, quod Episcopus ordinator possit dispensare cum seculari extraneo de consensu proprii Episcopi.

Allat etiam Sanchez pro sua sententia proxim; communiter enim, inquit, in dimissoriis ad Ordines, quas concedunt suis subditis Regularibus, dispensare in interstitiis.

Sed de hac praxi nisi non constat, immo potius de opposita. Tum, quia opposita sententia communior est, scilicet Praelatum Regularem de jure communi, seu vi Conc. Trident.

(quidquid sit de privilegiis, de quibus infra)

non posse dispensare in interstitiis; quia Concilium ubique exposuit judicium Episcopi. Tum, quia etiam isti Praelati habeant potestatem Episcopalem aut quasi Episcopalem in suis subditos,

maxime Generales & Provinciales, & aliquan-

do veniam nomine Episcoporum & Ordinariorum; tamen non habent potestatem conferringi ipsos Ordines, quia collatio est principale, ideoque nec videatur habere potestatem dispensandi in interstitiis, qua dispensatio est aliquid accessorium; jam autem, ut supra diximus ex jure; Accessorium naturam sequi congruit principali.

Hinc veritas ista declarata fuit per illustrissimos Card. sacra Congreg. Regularium (ut tradit Parafelus in suo comp. Privil. fol. 223.) qui hac de re consultata a. 1572. hoc responsum adhibuerunt: Quid Praelati Regulares non possunt dispensare in interstitiis; in litteris dimissoriis, quibus mutant suos subditos ad suscipiendos Ordines. Sed dicti Praelati, cum mutant suos subditos ad Ordines suscipiendos, & expedire iudicaverint, ac necesse habuerint, ut cum eisdem in interstitiis dispensetur, in predictis litteris dimissoriis; hanciter debent exorare predictos Episcopos, ut id faciant cum omnibus, vel cum tali aut tali.

Adit Parafelus: quod non necessum est, ut descendant ad assignationem aliquius cause (quodavis interdum non sit incongruum, id ipsum facere) sed quod supradicti Episcopi id tenentur efficere absque ulla utilitatis seu necessitatis inquisitione, finem eisdem faciendo, juxta leges urbanitatis, & quod hac in re ipsi affirmerint, atque necessarium esse dixerint, tale diadicare. Ita refert Miranda supra coh. 1.

Et Mofesius in Sum. Thiol. mor. tract. 2. c. 1. n. 56. refert decilum, debera Episcopos se conformare cum supplicatione Superiorum Regularium; quia ad ipsos Superiores spectat providere & judicare circa utilitatem & necessitatem Ecclesiarum suarum. Ita lego apud Barb. Barbo

supra ad cap. 13. n. 9.

Hanc etiam sententiam docet Eman. Rodriguez. tom. 1. qq. Reg. q. 22. art. 7. ibi: Et sic concludo dicens, posse Episcopos vel Abbatibus ordinantes, in interstitiis cum Religiosis dispensare, non autem Praelatos Ordinum; possunt tamen ipsi, quando judicaverint dispensandum expedire, Episcopum in litteris dimissoriis exorare, ut in illis interstitiis cum tali & tali &c. dispensare dignetur, absque eo quod in aliquius particularis causa cognitionem defunderet. Illudque sane Episcopo ad illos ordinandos posse sufficere arbitror. Et sic debet intelligi Declaratio supradictorum Cardinalium, ut videatur sufficiens causa ad dispensandum a Praelatis judicata, ordinaturo Episcopo referatur, cuius erit judicare de illa. Ita Rodriguez.

Qui fundatur maximè in eo, quod Conc. Trident. committit interstitiorum dispensationem non Ordinariis absolute, sed Episcopis ordinantibus, prout, inquit, patet ex contextu Concilii.

Sed nos supra ex contextu Concilii contrarium ostendimus; scilicet illam dispensationem commissam esse Episcopo, cuius subditus est ordinandus, vel a se, vel ab alio cum litteris di-

missoriis.

256. Pars affi-  
mans est  
probabilis.

Probatio ex  
Sanchez,

que est  
provi-  
menti.

257. Alia proba-  
tio Sanchez  
et plaz.

de qua res  
men non  
fatis con-  
stat.

258.

Declar.

Card. pro

oppida

sente-  
nientia

Parafelus

259.

Miranda

260.

Mofesius

261.

Rodrig.

262.

Barbo

263.

Barbo

264.

Barbo

265.

Barbo

266.

Barbo

267.

Barbo

268.

Barbo

269.

Barbo

270.

Barbo

271.

Barbo

272.

Barbo

273.

Barbo

274.

Barbo

275.

Barbo

276.

Barbo

277.

Barbo

278.

Barbo

279.

Barbo

280.

Barbo

281.

Barbo

282.

Barbo

283.

Barbo

284.

Barbo

285.

Barbo

286.

Barbo

287.

Barbo

288.

Barbo

289.

Barbo

290.

Barbo

291.

Barbo

292.

Barbo

293.

Barbo

294.

Barbo

295.

Barbo

296.

Barbo

297.

Barbo

298.

Barbo

299.

Barbo

300.

Barbo

301.

Barbo

302.

Barbo

303.

Barbo

304.

Barbo

305.

Barbo

306.

Barbo

307.

Barbo

308.

Barbo

309.

Barbo

310.

Barbo

311.

Barbo

312.

Barbo

313.

Barbo

314.

Barbo

315.

Barbo

316.

Barbo

317.

Barbo

318.

Barbo

319.

Barbo

320.

Barbo

321.

Barbo

322.

Barbo

323.

Barbo

324.

Barbo

325.

Barbo

326.

Barbo

327.

Barbo

328.

Barbo

329.

Barbo

330.

Barbo

331.

Barbo

332.

Barbo

333.

Barbo

334.

Barbo

335.

Barbo

336.

Barbo

337.

Barbo

338.

Barbo

339.

Barbo

340.

Barbo

341.

Barbo

342.

Barbo

343.

Barbo

344.

Barbo

345.

Barbo

346.

Barbo

347.

Barbo

348.

Barbo

349.

Barbo

350.

Barbo

351.

Barbo

352.

Barbo

353.

Barbo

354.

Barbo

355.

Barbo

356.

Barbo

357.

Barbo

358.

Barbo

359.

Barbo

360.

Barbo

361.

Barbo

362.

Barbo

363.

Barbo

364.

Barbo

365.

Barbo

366.

Barbo

367.

missoriis. Quo supposito, non video aliam magis efficacem probationem hujus sententiae, quam Declarationem Card. Nam concedere litteras dimissorias est similiter accessorum, & tamen competit Prelatis, quibus non competit principale, id est, ipsa Ordinatio. An autem illa Declaratio efficaciter probet, patebit ex infra dicens de Privilegiis Regularium in hac materia.

260.

An Trid.  
relinquit  
arbitrio  
Episcopi ut  
eodem die  
promoveat  
ad ultimum  
Minorum,  
& primum  
Majorum.  
Barbosa.

Prius notandum; hoc decreto Tridentini secundum Aliquos (quos citat Barbos. supra ad cap. 11. n. 8.) arbitrio Episcopi remitti facultatem abbreviandi interstitia, non autem promovendi vel dispensandi, ut quis promovatur unâ die ad ultimum Minorum cum primo Sacrotum. Et idem docent per Concilium in praesenti sublatam esse omnem contrarium confuetudinem.

Sed verius apparet; posse Episcopum, ubi prescripta foret confuetudo ante Trident. ut simul minores Ordines cum Subdiaconatu dari possint, eos licet his quoque temporibus simul conferre. Pro qua doctrina plurimos refert Auctores Barb. supra nu. 9. Et ratio est: quia nusquam in jure talis confuetudo reprobatur; & quia fieri potest, ut utilitas vel necessitas Ecclesiae illud exposcat.

Declararunt quoque Card. apud Gar. de Benef. part. 7. c. 4. n. 47. Licit ex decretis huius Conc. post minores Ordines expectandas esset annus, antequam quis ad sacros Ordines promoveatur, ut cap. 11. sess. 23. potest tamen quis parochialem acquirere, etiam si non habeat aliquem Ordinem sacram, & infra annum promoveri ad Sacerdotium debet. Et per consequens cum illo dispensari debet in interstitiis.

Probatur; quia praeter annum, qui requiriatur, ut jam dictum est, inter susceptionem postremi gradus Minorum Ordinum, insuper ex Conc. Trident. scilicet eadem cap. 13. requiritur aliis annis inter susceptionem Subdiaconatus, & Diaconatus, ibi: Promoti ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorum gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur.

Item annus inter Diaconatum & Sacerdotium. Et rursus aliis annis inter Diaconatum & Sacerdotium cap. 14. ibi: Qui pie & fideliter in ministeriis ante adiis se gesserint, & ad Presbyteratus Ordinem assument, bonum habent testimonium: & bi sunt, qui non modo in Diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesiae utilitatem ac necessitatem aliud Episcopo videetur, ministraverint, sed etiam &c.

261.

Hæc inter-  
stitia non  
sunt mathe-  
maticæ  
computan-  
da.

Ubi nota primo; hæc interstitia non esse mathematicæ computanda, sed Ecclesiastice, & juxta ritum Ecclesiae; videlicet ab una quadragesima ad aliam, à Pentecoste ad Pentecosten, quamvis inter primam, & secundam Pentecosten festivitatem, nondum sint elapsi duodecim menses. Ita resolvunt & referunt decimus Sorbus supra vers. Circa id, & Alii plures, quos vide-

apud Barb. supr. cap. 13. n. 6. efficiunt sententia communis.

Nota 2. ad dispensandum in interstitio Diaconatus, non requiritur nisi judicium Episcopi ex quacumque causa, sicut lupr. dictum est de minoribus Ordinibus; nam eodem modo hic loquitur Concilium scilicet: Nisi aliud Episcopo videatur, non allegata aliquâ causa; at vero pro dispensatione in interstitio Sacerdotii; requirent Concil. præter judicium Episcopi; utilitatem & necessitatem conjunctive, ut patet ex illis verbis: Nisi ob Ecclesiae utilitatem ac necessitatem aliud Episcopo videetur. Ita resolvunt Eman. Rodrig. qq. Reg. tom. 3. q. 24. art. 6. & Alii apud Barb. supr. cap. 14. n. 2.

Porto hæc necessitas, & utilitas, ut advertit Hier. Rodrig. in Comp. qq. Regul. refol. 23. moraliter debet penitari; non enim in puncto indivisibili consistunt, sed recipere debent eam latitudinem, quæ in aliis rebus membris ad arbitrium boni viri attendi solet.

Unde non requiri causam utilitatis & necessitatis ordinariam, aut publicam; quia Concilium in praesenti remittere videtur hoc usum arbitrio & prudentia Episcoporum, possit utilitate Ecclesiae & necessitate, quæ Episcopos juxta circumstantiam loci, & temporis, aut juxta conditionem personæ, sufficienter judicaverit, tradunt Sorbus supra sub finem Menoch. de Arbitr. c. 427. n. 3. Eman. Rodrig. sup. art. 7. quos refert & sequuntur Bononiae de Sacramentis disp. 8. q. uni p. 61. n. 2.

Rogat aliquis; cur major cauâ requiriatur ad dispensandum in interstitio Subdiaconatus & Sacerdotii, quam minorum Ordinum? Respondere: quia major differtia est inter minores Ordines & Subdiaconatum, qui est Ordo sacer habens annexa collationem continentia; item inter Diaconatum & Sacerdotium, quod est gradus dignitatis proxime disponens ad confectionem corporis & languinis Christi, quam inter Lectorem & Acolythum, qui sunt ambo Ordines minorum, aut inter Subdiaconatum & Diaconatum, qui sunt ambo Ordines majores; & solidum remotè disponunt ad confectionem.

Nota 3. hanc facultatem remittit interstitia, Episcopo concessam, transire in Capitulo seu ejus Vicarium, Sede vacante, ut tradunt Quarant. in Sum. Bullarii verb. Capitulum versus. Quarto decimo, & Alii plures apud Barbos. supra.

Nota 4. neque Episcopatu ordinantem subditos non servari interstitia, neque sic ordinatum, ob hoc præcisè fore suspensum, minus irregulariter. Ratio; quia nec à Concilio Trident. nec canone ullo, in corpore juris clauso, imponitur aliqua pena ipso iure; & non est dicendum, ullam peccatum incurri ipso iure, nisi a lege id exprimatur, juxta Gloss. celebrem in cap. fin. de Jure patronatus verb. Ex p. ubi sic p.

air: Sed videtur quod Capitulum Eboracen, faciendo quod non licet, concedendo Ecclesiam, privari debuit potestare, saltem ea vice, praesertim, quia dixit sibi ins, & ut puniatur in eo, quod deliquerit. supra ead. Pastoralis. supra de trans. Quanto. & arg. 16. q. 6. Placut. Propter hoc non puniuntur: quia & ipsi uero coegerunt factum suum, praesertim prout debebant, nec est iste casus, in quo priveretur quis protestate eligendi; quia cum sit illud papa, non debet imponi, nisi exprimatur, quod sit imponenda. Auctores pro hac sententia vide apud Barb. sup. n. 11. & 12.

Nec obstat Constitutio Sixti 5. contra malè promotois; quia, ut iam non semel dixi, reduta est ad terminos juris communis, Conc. Trident. & Constit. Pii 2. excepta Ordinatione sumoniacâ.

An sic ordi-  
nati possint  
suspensi ab  
Episcopo.  
Barbarus.

Querit autem Navar. lib 1. Cons. Tit. de Temp. Ord. Cons. 4. n. 1. an saltem sic ordinatus non possit puniri alii pena, & suspensi ab Episcopo? Et putat posse; quia transgres-  
for etiā canonis. Et idem dici posset de Episco-  
po; scilicet, quod à Superiori posset puniri pa-  
na extraordina.

Quid ergo, inquis, si quis Episcopus duos Ordines sacros simul eadem die conferret, pu-  
tas quia & talis Episcopus & sic ordinatus non forent suspensi, aut non incurrent aliam pa-  
nam ipso jure? Respondeo: non puto, quia ni-  
tius manifestè contrarium exprimitur in iure  
communi tit. de Temp. Ord. cap. 13.

Hec sunt verba juris: Literas vestras recepimus  
pro inordinata Ordinatione Amolensis electi, quem  
Bononiens. Episcopus praecepsat Sabbatho in Dia-  
conum, & sequenti die Dominico (continuato ieiunio) in  
Presbyterum ordinavit. Ita quo quantum uterque de-  
liquierit, evidenter intelligit, qui prudenter attendit.

Si enim utramque Ordinem eadem die conferre illa non  
licet, pari nobis licet ratione, unum Ordinem uno die,  
& aliam altero (ieiunio continuato) conferre, cum  
Propter continuationem ieiunii fictione canonica, five  
mane die Domini trabatur ad Sabbathum, five ve-  
spera Sabbathi ad diem Dominicam referatur, profe-  
cto mane cum vespera, seu vespera cum mane, ad  
eundem diem perire dicetur. Nam si quantum ad  
hunc necessitas articulatum pertinet, mane ad unum  
diem, & vespera referatur ad alium, cur esset con-  
tinuatio ieiunii necessaria, cum & Sabbatho ante ca-  
nonam, & Dominica ante prandium intelligentur esse  
ieiunii. Prefatam itaque Bononiens. Episcopum (ut  
puniatur in quo deliquerit) à collatione Orationum, Dia-  
coniū sollicit & Presbyteri: alterum vero ab execu-  
tione offici Sacerdotalis tamdiu volumus manere suspen-  
sus, donec de illis aliter disponamus. Ita Innocen-  
tius III.

Et Honorius III. cap. 15. eod. sic scribit:  
Dilectus filius G. Humiliens. Canonicus nostro du-  
dam Apostolatū referavit, quod Humiliens. Ecclesia,  
suo viduato Pastore, Canonici ipsius unanimiter ele-  
gerunt; qui cum esset circa sacros Ordines constitutus,  
Archiepiscopus Cassiens. Metropolitanus eorum Epis-

scopo Trecen. mandavit, ut eum uno & eodem die ali-  
tres sacros Ordines promoveret: quod ille (non ausu  
proprio, sed ipsius Archiepiscopi mandato) persecut. Cum ergo nobis constiterit, supradictum Episcopum in  
pluribus deliquerit: tunc, quia sine mandato Archiepi-  
scopi (ut ipse confessus extitit) ad huiusmodi Ordina-  
tionem inordinata processit: tunc, quia si de mandato  
Archiepiscopi constaret, cum illi huiusmodi dispensatio  
in canone minime sit permissa, ipsi obtemperare non  
debuit in hac parte: tunc etiam, quia reatum per iuris  
sepius variavit, invando prius, quod Archiepiscopus id  
praecepit, & postea quid illud nou mandaverat in  
iudicio confitendum; ipsum tandem ab ordinandi suspen-  
dimus potestare, donec nostram meruerit gratiam obti-  
nere.

Verum cum hic non unum tantum delictum, viderit  
sed plura simili puniantur, qui solū plures Or-  
dines sacros contulisset eadem die, ex hoc jure  
non recte probaretur suspensus; neque qui sus-  
cipit, cum de ordinato nulla fiat mentio.

Sed nec ex eo, quod solus Papa dispensat 268.

super hoc seu absolutat ab hac suspensione, ut  
notat Gloss. ibi verb. Nostram, dicens: Et sic so-  
lus Papa super hoc dispensat; recte infertur: ergo  
etiam solus Papa dispensat super illo, seu absol-  
vit ab illa suspensione quia sunt causas planè di-  
versi. Unde etiam in cap. Dilectis, non solū  
suspenditur Ordinator ab Ordinibus, quos con-  
tulit; sed generaliter à potestate ordinandi. At  
vero in cap. Literas, solū suspenditur à colla-  
tione Ordinum, quos eodem die contulit; &  
sic ordinatus ab executione postremi Ordinis.

Quia tamen etiam in fine hujus capituli addi-  
tur: Donec de illis aliter disponamus, videtur & haec  
suspensio reservata Pontifici, ut resolvit Navar. 269.

In Man. cap. 25. n. 71. & Alii apud Barb. su-  
prā cap. 13. n. 15.

Excipitur causus, quando sic ordinatus Reli-  
gionem ingressus est, & peracta penitentia lau-  
dabiliter in Religione virxit, quia tunc Abbas 269.  
Causa in  
quo Abbas  
& Episco-  
pus possunt  
dispensare  
in suspen-  
sione c. 15.  
de Temp.  
Ord.  
cap. 2. de eo  
qui &c.

Cum H. latore presentium, sicut nobis sua quaefi-  
ne monstrauit, ad tuam Ordinationis causā praesen-  
tiam accessisset, iuxta consuetudinem patris sibi qua-  
tuor minoris Ordines contulisti: quibus non contentus,  
Subdiaconatum etiam temerario aspicicepit: Manda-  
mus quatenus eum in minoribus dumtaxat Ordinibus  
celebrare permittas. Si vero dominum Religionis intra-  
verit, & vita & mores eius exegerint, Abbas (si vo-  
luerit) in aliis poteris Ordinibus dispensare.

Ex quo iure patet primò: non tantum qui 270.  
duos maiores Ordines suscepit eadem die, fore  
suspensum à postremo Ordine; sed etiam qui  
mo Ordine  
est à postre  
suspen-  
sionis  
minores, & Subdiaconatum. Secundò: Abba-  
qui Min-  
res & Sub-  
diaconau-  
tum eodem  
die suscepit,

Accedit cap. 3. eod. (quod est ejusdem  
Pontificis) Innocuit nobis, quod G. Clericus & ali⁹ qui &c.  
000 3. Aug

duo de diocesi tua, ad G. quondam Segantin. Episcopum, ut Ordines ab eo reciperent accesserunt. Cumque ab eodem Episcopo sub excommunications sententia suisset inhibitum, ne quis se ad duos Ordines suscipiens ingereret: prædicti Clerici nihilominus Subdiaconatus & Diaconatus Ordinem clandestinè suscepserunt: Et infra Consultatione tua taliter respondemus, quod ordinati in suscepis Ordinibus de tuis ritore ministrare non debent. Veramamen si ad Religionem aliquam voluerint se transferre, & peracta paupertate, pro arbitrio tuo eis inuncta, ibidem laudabiliter fuerint conversari, processu temporis cum eis poteris de nostra licentia dispensare, ut postmodum successorum Ordinum executione latenter.

271.  
Episcopus  
non potest  
dispensare  
in collatio-  
ne plenum  
Ordinum  
sacrorum  
eodem die.

Præterea ex cap. Dilectus, colligitur; Episcopum non posse dispelare in collatione plurium Ordinum sacrorum eodem die: ibi: *Cum illi huicmodi dispensatio à canone minime sit permissa.*

Item ex cap. Literas, consuetarum viderunt; eum qui conferret die Sabbathi Diaconatum, & die Dominico Sacerdotium, non continuando jejuniu, minime suspensum fore; quia sola continuatio jejunii facit, ut Ordines sic collati, censeantur eodem die collati. Patet ex textu.

Nec minus manifestum est ex iuribus jam allegatis, majus delictum esse suscipere duos Ordines maiores, aut quatuor Minores & unum Majorem eodem die, quam diversis diebus non servatis interstitiis: siquidem hoc non punitur ullà pœnâ juris; illud autem pœnâ suspensionis.

Quod probè intelligentes Pates Concilii Trident. sess. 23. de refut. cap. 12. sic statuunt: *Duo sacri Ordines non eodem die, etiam Regularibus, conferantur, privilegiis ac iudiculis quibusvis concessis non obstantibus quibuscumque. Ecce hic, propter maiorem indecentiam, revocantur privilegia Mendicantium, quæ relinquuntur int̄cta, dum agitur de susceptione Ordinum diversis diebus non servatis interstutiis.*

Caveant ergo & timeant Episcopi conferre, etiam Regularibus, duos sacros Ordines eadem die (de minoribus & uno sacro Ordine non meminit Trident.) nisi possint ostendere privilegia concessa post Concil. Tridentinum. Ne timeant autem conferre duos, immo & tres Ordines sacros diversis diebus non servatis interstitiis, qui privilegiati sunt: ut patet ex privilegiis Conclus. præcedenti allegatis, quæ Trident. quantum ad hoc non revocat.

Et ita multi Episcopi practicant absque ullo scrupulo, tum hic, tum alibi, etiam in ipsa urbe Romana, ut testatur Aversa q. 3. sect. 9. §. *Qui verò, estque tutum in praxi. Auctores vide apud Dian. part. 3. tract. 2. resol. 31. Interim etiam inventiuntur Episcopi qui, nimium justi, non lunt practicare; ne, ut ajunt, videantur transgressores Concil. Trident. Sed timent, ubi non est timendum.*

*Si dixeris; Card. declararunt, ut supra vi-*

dimus, ad Episcopum spectare dispensationem in interstitiis, & non ad Prelatos Regul.

Respondeo (quidquid sit de veritate vel auctoritate illius Declarationis, que facile posset negari) constat per hanc Declarationem non revocari seu enervari privilegia, factum concilio post Trident. immo nec ante, cum eorum non meminerit; neque posse se extendere ultra limites Tridentini, quod declarat; & in quo non est clausa derogatoria privilegiorum.

Itaque ut solus Episcopus dispensaret in interstitiis, quantum est ex iure communis, & decreto Concil. Tridentini; equidem ex privilegio etiam Prelatus Regularis. Vel magis propriètate loquendo, quando Prelatu Regularis suos subditos absque interstitiis mitxit ad Ordines, ipse Pontifex cum eis dispensat in interstitiis.

Cæterum ad servandam pacem cum Episcopis, qui sequuntur oppositam sententiam, recte Prelati, si, dum nulla subest causa, observari à suis current temporis & interstitiis à jure statuta; prout in nostro Ordine etiam per statuta Generalia Bachinonensis, accommodate provincitis Belgicis, cap. 1. §. 16. &c. ubi lego: *Et cum secundum Concil. Tridentinum debeat ad sacros Ordines promovere, nisi post annū à susceptione postremi Ordinis, nisi Episcopus aut indicaverit expedire; volumus hoc decretum etiam Prelatis nostra Religionis inviolabilitatem observare, ut omnino rationabilis causa dispensationem non requiri. Intelligent autem per dispensationem promotionem ante annum à susceptione postremi Ordinis, sive sit propria dispensatio, sive possit usus privilegii.*

Restat conferatio Episcopalis; ad quam præ antiqua prescribentes certam tempore consecrationem post consecrationem Sacerdotum, sed hodie solitum requiritur semelire spatiū inter sacro Ordine, vel à sacris Ordinibus, prout docet Concil. Trident. sess. 22. de rebus eccl. in principio: *Quicumque posthac ad Ecclesias cathedrales erit assumendus, si non solum natus, atque, moribus & ritu ac aliis, quæ à fato castib[us] reguruntur, plene sit prædictus, rerum eius in sacro Ordine ante, falso sit mensum statu[m] confitutus.*

Et ita sane servandum est, inquit Aversa q. 3. sect. 9. §. *Ad consecrationem, nisi Posthac dispensatio intercedat. Quia autem Concilium generaliter numero singulare dicens: In sacro Ordine hinc Aversa eodem §. docet sufficere semelire sicut spatiū à primo Ordine sacro, id est, Subdiaconatu.*

At Campan. in Divers. juris canon. rub. 11. cap. 7. nu. 8. advertit, oportere, omnibus factis initiatum fuisse ante sex menses; idque quæ Constitutio Greg. 14. qua incipit: *Omnis Apparatus sollicie. 6. apud Cherubinum uitur plurius non* immo §. 9. dicens: *Quicunx autem qualiter omnes promovendorum, quæ in generatione Syodram*

Aversa

Dianas

273.

decretis, alijs canonice sanctionibus continentur, probé cognite esse debent iis, quibus inquisitionis officium demandatum est, quales sunt, natum esse ex legi matrimoni, atque ex parentibus Catholicis, annum trigesimum tam explevisse, sacris Ordinibus, saltem ante sex menses, initiatum esse &c.

Sed, meo iudicio, numerus pluralis ad summum probaret, oportere duobus Ordinibus facris initiatur fuisse ante sex menses; si tamen hoc probet; quia, etiam in Scripturis facris subinde numerus pluralis ponitur pro singulari, ut patet ex alibi dictis, quidni in Bullis Pontificis idem fieri possit, atque hic sit? Quippe hic recentior qualitates, que in generalium Synodorum decretis continentur: atqui, ut vidimus, Concilium Trident. utitur numero singulari; ergo haec Constitutione referens hanc qualitatem ex illo Concilio numerum plurali posuit pro singulari, aliquoquin aliquam qualitatem referret, qua non continetur in decretis generalium Synodorum. Atque haec est communior opinio:

Ex qua sequitur: si aliquis die Sabbathi quatuor temporum fuerit ordinatus Sacerdos, posse consecrari Episcopu die Dominicā immediat sequente. Ita notat Glossa in cap. Quod à Tribus 4. dist. 75. verb. Sabbathi, ibi: In consecratione Episcopi non est necessaria continuatio ieiunii, cum tantum die Dominicō consecratur, & in manē quilibet intelligatur ieiunii, ut extra de Temp. Ord. Literas. Sed tunc quis posset ordinare aliquem in Sacerdotem in Sabbatho, & in manē in Episcopum, tamen aliam ordinem non posset eidem conferre in manē, cui unum consularat in Sabbatho extra eō. Literas. Sed nunguid Dominicō die in manē potest quis ordinari in Sacerdotem, & eadē die horā tertiā in Episcopum? H. dicit quād sit, quia nunquam inventur prohibitum.

Ubi imprimis sat's insinuat, posse aliquem ordinari in Sacerdotem in Sabbatho, & in manē in Episcopum, etiam non continuato ieiunio; sed sat's esse, si sit ieiunus in ipsa Dominicā propter celebrationem. Quam sententiam amplectitur Aversa suprà cum Aliis, quos citat.

Secundō dicit Glossa: quād aliquis possit die Dominicā manē ordinari in Sacerdotem, & eadē die horā tertiā in Episcopum, quod displicet Aversa suprà cum Aliis, quos citat; quia tam novus Sacerdos, quam novus Episcopus debet concelebrare cum Ordinante, ergo latet ex hoc capite id fieri non potest. Hac ille.

Atque ut novus Sacerdos non deberet concelebrare, veluti in aliquibus locis non concelebrat, salem debet communicare, & per consequens deberet bis eadē die communicare, quod non legitur uspiam tali casū concessum.

Illud ad calcem hujus Conclusionis addiderim, quod lego in Concil. Trident. less. 6. de refor. cap. 5. Nulli Episcopo licet eiusvis privilegium praetexta Pontificalia in alterius diocesis exercere. Certum autem est, nomine Pontificalium non solum venire collationem Ordini-

de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas solum: si sc̄us factum fuerit, Episcopus ab exercito Pontificalium, & sic ordinatis ab exercito Ordinum sint ipso iure suspensi,

Ergo non licet Episcopo in aliena diocesi, absque consentio Ordinarii loci, conferre Ordines maiores, vel minores; quia haec collatio à DD. communiter numeratur inter Pontificalia, ut ipso specialiter pertinet ad Ordinem Episcopalem.

Dubitatur autem de collatione prime Ton-  
sura, quam Disp. 3. Sect. 2. Concl. 3. no. 39.  
dixi licitum, secutus Covar. lib. 3. Variarum  
cap. 20. n. 9. Rebuffi in Tract. nomina. q. 14.  
n. 29. & 65. & in Praxi benef. rub. de Eccles.  
& à quibus, & quomodo ordinantur num. 13.  
Henriquez in Sum. lib. 3. cap. 6. §. 6. Bonac.  
de Suspensi. in particulari punct. 12. nu. 2, ubi  
hanc sententiam vocat probabilem.

Quāvis etiam oppositio non caret suā pro-  
babilitate; quam amplectitur Sanchez de Ord.  
cap. 1. dub. 50. n. 2. Barb. de Poict. Episcopi  
p. 2. alleg. 6. nu. 15. Campan. in Divers. Jur.  
can. rubr. 6. c. 1. nu. 2. Aliique plures; quia,  
inquit, verē est Pontificalis, & per se publica  
ac solenēs actio, cuius ritus in Pontificali pre-  
scribuntur, sicut prescribuntur ritus conferendi  
Ordines.

Responderi posset; hoc ideo factum esse,  
non quasi collatio Tonsurae specialiter pertinet  
ad Ordinem Episcopalem, ita ut sine eo foret  
invalida; sed quia Ecclesia, quae instituit haec  
actionem, etiam instituit Episcopum ordinari  
eius ministerium; quoniam praequiritur  
collatione Ordinum, quae jure divino specialiter  
pertinet ad Ordinem Episcopalem, ita ut  
sine eo sit invalida, nisi sit ex particulari com-  
missione Pontificis, ut patet ex supradicatis.

Unde forte Episcopus posset alteri delegare  
collationem prima Tonsurae; & per conse-  
quens Episcopus electus & confirmatus, non-  
dum tamē consecratus, eam conferre; quia  
videtur posset actus potius jurisdictionis, quam  
Ordinis; quae autem jurisdictionis sunt, com-  
petunt Episcopo electo & confirmato ante con-  
secrationem, ut alibi cum communī sententia  
diximus, enque aliis delegare potest, nisi aliquid  
aliud obstat.

Ex his patet probabilitas prioris sententiae,  
quam etiam sequitur Bassus in Supple. verb.  
Ord. Sacramentum n. 4. quia, inquit, Concilium  
loquitur de Episcopo conferente Ordines; sed  
prima Tonsura non est Ordo, cū conferri  
possit domi privatim sine Pontificalibus.

Sed haec probatio non videtur convincere;  
Primo, quia Concilium non tantum loquitur  
de Episcopo conferente Ordines, sed generaliter  
de Episcopo exercente Pontificalia, ibi: Nulli  
Episcopo licet &c. Pontificalia in alterius diocesi  
exercere. Certum autem est, nomine Pontificalium  
non solum venire collationem Ordini-

Ordines in  
aliena Diocesi  
ceci abique  
contentu  
Ordinarii

An possit  
conferre  
primam  
Tonsuram  
Covar.  
Rebuffi.  
Henriquez  
Bonac.

Pars nega-  
tiva est  
probabilis  
Sanchez.  
Barbosa.  
Campan.

Resp. ad  
cū probabili-  
tatem.

An Episco-  
pus posset  
alteri dele-  
gate colla-  
tionem a.  
Tonsura.

Probatur ea  
Episcopus  
posse con-  
fere i.  
Tonsuram  
in aliena  
Diocesi.  
Probatio  
reservatur  
primo,

nūm.

664

num, sed etiam administrationem Sacramenti Confirmationis, consecrationem Ecclesiarum, altarium &c. ergo ex eo, quod Tonsura non sit Ordo, non recte infertur; ergo Episcopus conferendo Tonsuram non exercet Pontificalia.

Secundò.

Secundò; quia sic etiam licet Episcopo extra propriam diocesim benedicere calices vel Corporalia, & his similia, cum hæc etiam in cubiculo benedici valeant, & nihilominus perspicuum videretur, inquit Bonac. suprà, hujusmodi benedictionem pertinere ad actus Pontificalis.

283.

Tertiò.

Pontif. Rca.

Tertiò; quia etiam minores Ordines vindent posse conferri domi privatum sine Pontificalibus; sic enim lego in Pontificali Romano Tit. de Ordinib[us] conferendis: Quando autem Pontifex extra Missarum solemnia est promotorius aliquis ad primam Tonsuram, vel ad quatuor minores Ordines, sufficit quod habeat stolam supra rochetaum vel supra superpellicium ( si si Religiosus ) & mitram simplicem. Cum autem est celebraturus pro facie Ordinib[us] conferendis, habete debet sandalia & omnia paramenta Pontificatia.

Ecce eadem veltes requiruntur in Episcopo ad conferendam extra Missarum solemnia Tonsuram, & minores Ordines. Ergo si collatio Tonsuræ non est actus Pontificalis, qui fieri potest privatim sine Pontificalibus, neque collatio minorum Ordinum est actus Pontificalis proper eandem rationem; vel si haec collatio sit actus Pontificalis, etiam collatio Tonsuræ erit actus Pontificalis.

284.

An collatio

1. Tonsuræ

sit actus

Pontificalis

Conc. Trid.

Hanc autem esse actum Pontificalem, videtur colligi ex Tridentino sess. 14. de refor: c. 2. ubi sic lego: Et quoniam nonnulli Episcopi Ecclesiastum &c. dum per hanc sanctam Synodus se Pontificalia officia in alterius diaecesis, nisi de loci Ordinarii expressa licentia, & in personas eidem Ordinarii subiectas tantum, exercere prohibitas vident, in legis fraudem & contemptum quasi Episcopalem Cathedram in loco nullius diaecesis sua temeritate eligunt, & quoque cumque ad se venientes, etiam si fuerint Episcoporum seu Praelectorum literas commendationis non habeant, clericali charactere insignire, & ad sacros etiam Presbyteratus Ordines promovere presumunt &c.

Et in fine cap. Episcopum titularem, qui aliquem, absque sui proprii Praelecti expresso consensu, aut literis dimissoriis, ad aliquos sacros, aut minores Ordines, vel primam Tonsuram promovet, ipso jure suspendit per annum ab exercitio Pontificalium.

Ex quo sic argumentor: si Collatio primæ Tonsuræ non est actus Pontificalis, immo videtur talis suspendi ab exercitio Pontificalium, cum nullum actum Pontificalem indebit ex exercuerit.

Hinc quāvis Disp. 3. suprà allegatā secutus fuerim sententiam Covarruviae, & Aliorum probabilem; equidem hic, re melius considerata, magis inclinat in sententiam opositam, & expectabo à doctioribus responsum ad

hunc locum Concilii; & rationem, quare patr. benedictio Corporalium sit actus Pontificalis, ut vult Bonac. suprà, quam collatio primæ Tonsuræ. Interim confolo omnibus Episcopis, ut attendant conseruandū, que observanda erit, ubi legitime fuerit prescrip-

Norent etiam tam Episcopi, quād eorum ministri, & diligenter obseruent, quod Trident. statuit sess. 21. de refor. cap. 1. Nulli in collatione quoniamcumque Ordinum, etiam Clericis Tonsuræ, nec pro literis dimissoriis aut testimonianib[us], nec pro figlio, nec alia quacunq[ue] de causa, non sponsite oblatum, Episcopi, & alio Ordinum Collatione aut eorum ministri, quovis praetextu accepint. Nam verò in tis tantum locis, in quibus non regit laudabilis consuetudo m[is]bil accipienda, pro singulis literis dimissoriis, aut testimonianib[us], decimus tantum unus aurei partem accipere possit; domini n[ost]ri nullum salarium sit constitutum pro officio exercitii; nec Episcopo ex Notariis commodis aliquod emolumen ex eiusdem Ordinum collationibus fuisse redditum prouidere posset: tunc enim gratias eum eis praefare omnino teneri decet; contraria tamen ac statuta & consuetudines, etiam immemoria, quoniamcumque locorum, qua potius abh[er]e, & usurpiare, simoniae pravitatis facient, nonque possunt penitus cassando & interdicendo; & quicquid fecerint, tam dantes, quam accepint, ultra nam ultionem, penas à iure inflatis ipsos facient.

Hæc tamen non impediunt, quo ministrati dare, & Ordinans accipere possit casulas, que in ipso Ordinationis acto per modum cuiusdam ritus offeruntur. Ita Declaratio Consecutoris tenoris: Conficiendo recipiendo ab ordinatis ad primam Tonsuram foropes, p[re]t[er]m[odo] mappas, præter faculas, panierū, à p[re]t[er]p[ro]fessione telligunt perinde ac corripuntela revocata.

Si autem à me queritur; de quibus penas, seu de quo iure, infingente penas, iniqui debeat Concilium. Respondeo: de penale simoniacis Extravag. de Simonia cap. Cūm detestabili 2. ubi omnes simoniaci cumque dignitatis aut statis ipso facto excommunicantur, & simoniæ ordinantur; quibus penis hic non immotore, quia solent offensu plicari in tract. de Religione.

Prætereo etiam varia privilegia Clericorum putata Canonis & fort; item immunitates à imbutis & vestigialibus, de quibus in tract. de Legibus; sed & varia obligations que non sunt propria huic loco. Unam solam, emperatur maximam, non possum silere, nempe obligationem continentia, que communiter à Doctoribus in præsentis Disputatione longè & lepropositur; quorum proinde vestigia inhabendo, de ea instituo sequentem Sectionem.

285.

Actio

magis

inclinat

in senten-

tiam

affirmati-

vam.

SECT.V.